



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Figura viii. Coronæ aureæ, & Propitiatonij Exodi xxv. xcv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

FIGURA VIII.

Christus in CORONA AVREA, & PROPITIATORIO, quo operiebatur Arca fœderis, designatus. Exodi 25.

Arcam de lignis Setim compingite. Et deaurabis eam auro mundissimo, intus & foris: facitque supra Coronam auream per circuitum. Ponetis in Arca testificationem, quam dabo tibi. Facies & Propitiatorium de auro mundissimo.

FIGURÆ EXPLICATIO.

CAPVT

XCV.

Hieron. in
cap. 3. Ioc.
Vide eundem
in Esaię cap.
41.

Philip. 4.
1. Pet. 1.

Non est pulchrior imago Ecclesie Christi Iesu D. N. qui est Umbraculum & Operimentum Ecclesie: quam Arca fœderis, & Propitiatory regentis Arcam. ARCA cōpingebatur e ligno Setim, quod impetribile & fortissimū est: & incredibilis leuitatis ac puritatis: deinde autē vestiebatur auro purissimo, intus & foris. Etsi verò homine Christiano nihil videtur possit imbecillius, abiectiusve: tamen nihil est eo formosius ac splendidius; quippe qui omnia potest in confortante Christo. Et splendet fide charitatēque, tanquam auro purissimo quæ igne tribulationis in variis temptationibus usque & usque in hoc mundo probatur: quo fiat purior, nitidior, atque pretiosior. Proinde licet is qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Ornatur hac Arca, quæ est Ecclesia, & qualibet anima fidelis, CORONA AVREA per circuitum: quæ significat in Christo, qui est Corona gloriæ nostræ, primo Divinam naturam, tanquam circumlucum, initio & sine carentem, deinde Maiestatem regni. Est enim Rex regum, & Dominus dominantium. Continebat etiam Arca VIRGAM AARON, quæ frondebat: & MANNA. Vtrumque Christum aptissime designat. V

1. Cor. 4.

Apo. 17. 19.
Exodi 16.
Heb. 9.
Num. 17.

De enim Virga arida germinavit, & turgentibus
 gemmis eruperunt flores, qui foliis dilatatis, in amygda-
 la deformati sunt: ita & Christus, per passionem ari-
 da, ut testa, atque ab omnibus despectus, mortis, tra-
 ditus, iterum resurgendo germinavit, fructumque copio-
 sissimum pariter ac suavisimum protulit: dum multos
 filios in gloriam adduxit. Ipse est & MANNA. Sicut
 dicit: Ego sum panis vivus, qui de calo descendi. Si quis
 manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Et panis
 quem ego dabo, caro mea est: quam ego dabo pro mundi
 vita. Ob quam causam caro nostra non potest in cor-
 ruptiohem devenire, & non percipere vitam: utpote qua
 Corpore & Sanguine Domini alitur. Collocabatur
 quoque in Arca LIBER FOEDERIS vel testamenti: ita
 singulorum hominum fidelium corda debent esse Arcu-
 le, in quibus asseruetur Dei Verbum & Præcepta. Sic-
 ut in Psalmo dicitur: In corde meo abscondi eloquia tua:
 ut non peccem tibi. Verumtamen quia à quovis profi-
 ciente non ex omni parte cõplentur: PROPITIATORIUM
 est desuper protegens Arcam. Ad hoc enim opus est,
 ut propitius sit Deus: & ideo desuper ponitur, quia su-
 perexaltat misericordia iudicio. Hinc Propheta David
 ait: Beati quorum cõta sunt peccata. PROPITIATO-
 RIUM autem Christum propriissimè designat: quia in
 eo Deus placatur, nobisque sit propitius. Huic namque
 omnes Propheta testimonium perhibent, remissionem pec-
 catorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in
 eo. Verè propitiatorium est pro Ecclesia & omni po-
 pula terra: saluator est enim omnium hominum, maxi-
 me fidelium. Quin & peccatores & iusti, Domini pro-
 pitiatione salvantur.

Psal. 118.

Heb. 1.
Ioan. 6.Irenæus lib.
4. cap. 34.

Psal. 118.

August.
Quæst. 105.
in Exodum.
Iacobi 2.
Psal. 31.

Acto. 10.

Hieron. in
Ezech. cap.
43. & 45.

FIGVRA